defca & sub prunis cocte subtilissime pistent
quas cū axongia porci masculi tantū pistētur [marg.: reducāt]
q̄ ad formā unguenti deueīant & utē, Aliȷ
sic faciūt succoꝝ iue saluie ac rute an̄ lb.
ſ. accipuīt, uini decoctionis cornu cerui p fru
stra incisi lb. j. ſ. olei camomillini olei de lilio
an̄ lb. j. simul oīa ad succoꝝ & uini cōsump
tionē buliāt & postea ad sufficientiā addita

cera fiat unguentū cui infrigidato adde sera
pini opoponacis bdelij galbani an̄ ʒ·j· ma
sticis croci an̄ ʒ·ß· si qua ex eis teri nō pos
sūt cū modico olei aut uini dissoluantur &
fiat unguentū ℞ Alij infrascptum mirabilia
facere referūt qd accipit saluie mente rute h
be palesis maiorane nepite penthafilon ūgu
le cabaline utriusq3 centauree lingue canis
saxifragie marubij aristrologie longe lauēdu
le petrosilij arthamisie cretani marini an̄ ℳ·
ß· uine ℳ·j· conquassentur & i bono uino al
bo ifusa p diē cū sua nocte dimittant̄ dehinc
buliant colentur & i uino illo postea sic cola
to pone armoiaci ase fetide galbani serapini
an̄ ʒ·ij· olei de uinipo olei de terbentina an̄
lb·j· pinguedinū cati siluestris muris mon
tani taxonis & uulturis an̄ lb·ß· malasent
& sex aut octo dies i maceratione dimissis i
uino albo simul omnia buliāt, expmant̄ &
postea i tali expsione cere modicū liquefiat
sic q ad unguēti formā deueiat & utere
℞ Quidā cirugicus i prouicia ex infrascpto un
guento plures ambulare nō ualentes incedere
faciebat qd hoc mō fit, tantū uulpē depilatā
euisceratāq3 i uino decoque q caro ab ossibus
sepetur, dehinc ossibus proiectis carnē illā
contūde, expme & q inde liquor egredit̄
i derelicto uino itez buliat usq3 quo, ad for
mā unguenti deueiat, & de eo librā unam

totū

cū dimidia accipe i quo misce masticis casto
rij bdelij mirre bachaꝝ lauri añ · ℥ · ſ · eufor
bij · ℨ · ij · & fiat unguentū ℞ Aliq accipiūt
radicē cucumeris asinini & ī pasta posita in
furno decoquūt, quā subtilissime contritā re
seruāt, dehinc succoꝝ iue salue & pitarie añ
℥ · vi · accipiūt olei uero nucū lb · i · uini
albi · ℥ · viij · & oīa ista ad uini & succoꝝ cō
sūptionē successiue buliāt quo fcō cū oleo il
lo cere parū addūt qua liquefcā ab igne de
ponūt & cū incipit infrigidari radicuꝫ cucu
meris asinini sic subtiliter contritaꝝ tres un
cias cōmiscent, bdelij autē ac oppoponacis ꝛ
galbani & armoīaci ī uino dissoluptoꝝ añ · ℥ ·
ſ · & omnibꝫ mixtis unguentū conficiūt ℞ Qui
dā ī cane magnā deuotionē hn̄t q̄ ex eius sā
guine loca pungūt ingentes hoc ī cān isto ua
lere plurimū ℞ Ex cane itē unguētum tale
conficiūt, quia mensis unius canē iugulāt &
carnē atqꝫ ossa confrangūt, successiue oīa in
bono uino albo decocta contūdūt & ex eis for
tē expssionē factā ī illo uino derelicto ponūt
ī quo postea res infrascptas conquassatas bu
lire faciūt ut iue salue rute agrimoīe betoni
ce feniculi hbe palesis añ · ꝟ · ſ · & postea ex
eis adhuc expssionē faciūt de qua lb · ij · acci
piūt, medule uero ceruine · lb · i · pinguedis
porci · lb · ſ · & ista oīa ad unguēti formā de
ducūt cū quo thuris · ℥ · ſ · miscent bachaꝝ

lauri castorij mirre an̄ . ʒ . vj . bdelij . ʒ . v .
& ex his o͞ibus unguētum conficiūt ¶ Mōta
ni q͞dā nō m͞o mādu͞cāt capras · sed ex eis etiā
medicamina plura conficiūt · p͞mo ip͞arum sterc9
& sepū bn̄ simul pistāt · & croci parum addito
unguentū faciūt q͞d i hoc cāu ualere multū
asserūt ¶ Alij ip͞arum sanguinē cū uino decoq͞ūt
ex quo postea ung͞ūt loca ¶ Alij idem ex solo
stercore cū farinā ordei mixto faciūt ¶ Et
nōnulli stercoris capni sicci p͞tes duas acci
piūt · farine ordei p͞tē unā · & ista cū aceto &
cōi oleo decoq͞ūt ¶ Vnguentū autē de bdelio
ac unguentū dn̄i philagri a n͞ro bono mesue
desc͞pta i hoc cāu p͞timū ualēt ¶ Ex cerotis
n͞o unū alias adinuei quod ē i isto cāu singu
larissimū ¶ Et ip͞m accipit mucillaginū al
tee fenugreci & seminis lini an̄ . ʒ . vj . āmul
che olei de seīe lini olei de lilio terbentine
picis naual' sepi ircini an̄ . ʒ . iiij . litargirij . ʒ .
vj . bdelij armōiaci oppoponacis storacis liq
de an̄ . ʒ . ij . fiat cerotū ¶ Valent & i cāu
n͞ro cerota o͞ia que ip͞e mesue suo i antitotario
ysopi cerotū ītitulat · & maxime q͞ a philagro
& democrito descripta sūt ¶ Val& itē ce
rotū dyapente cerotū Andromaci ex duode
ci confectū rebus dyaglon s͞m desc͞ptionem
primā magnū quoq͞ ¶ Et ex his que ip͞e de
scribit emplastris · ual& emplastrū Andro
maci · emplastrū filij gacharie & emplast͞ru

duo oribasij ¶ Et qd ē apud uulgares famosū
ual& emplastrū de meliloto ¶ Si his igr̄ tibi o
pus ē ab ipo diuo mesue desc̄ptiones require ¶ Et
sic de medicamentis q̄ materie icumiate coueniunt
te satis copiosum feci ¶ Sol& eī mā talis iter
dū manus sic ipeditas detinere ut i opa sibi de
bita exire nequeāt ¶ Et pedes adeo rigidos ut
bonus patiens ambulare non possit ¶ Nō mireris
itaqȝ si tibi plura descripsi quia sepissime cum
istis membra dc̄a ab tali impedimēto soluūt qd
apud uulgares miraculū reputatur ¶ Sed cum
huic capto alioꝝ more ꝑ laus deo finē imponere
uellē Ecce qdam ueteranus anser clamitans
heus tu inquit aīalia plura huic tuo capto opeꝫ
ferūt ut aliqua cū sanguine alia cum ossibus
seu medulis & nōnulla cū sagimine de quibus
dictionē amplā fecisti quā tibi feci iniuriā q
p̄ciosum sup oīa unguentū fero & me sic sub silē
tio p̄terieris calamū p̄nde & p̄utem in locum
accomoda quosqȝ dictabo tibi uersus leoninos i
scribe uolo ei ut hoc meū unguentū eius pp p̄
ciositatē ab ceteris que desc̄psisti stillū diuisum
habeat mille ei & plus q̄p mille se mouere nō ua
lentes ambulare cū eo feci ¶ Ego autē unguen
tū istud tante p̄ciositatis esse audiēs dimisso qd
inchoauerā describere laus deo uersus dn̄i ue
terani anseris eo dittante ut stati uidebis isc̄p
si ¶ Qꝝ si stillū uariare tibi uisus sum p̄cor mi
lector ignosce ¶ Nam sepe digressio stilli quo

q3 uarietas dittantis aīum recreat ℞ Tu ergo anseṙ
sua exponenti leonina carmina aures accomoda.
Anser sumatur ueteranus qui uideatur
Mox deplumetur uitalibus euacuetur
Intus ponant que subterius numeratur
Tricta caro tota cati mox pelle remota
Vnctū porcinū thus cera sagimē ouinū
Pondē sit equo sal mel faba sitq3 siligo
Post hoc axet tamē axus nō comedetur
Vas supponatur sic ut liquor excipiat
Quo membris unctis hic gutta exoluit oīs.
Certe hoc unguentū pstat sup omne talentū
Sic p dittamē cū scpseris hoc medicamen
Fac laus ampla deo solito de more supno
Anseris edicto & eius medicamine scpto
Sit laus ergo deo finito i pte libello.

De eius cura materiei q̄ igip scam seu lapideam ē cōmutata

Vpost materie illius que i gipseā seu lapideam ē cōmutata curā ponere ℞ Et ut statīte ad actū practicū deducā fac ex malua atq3 bismalua suis cū radicibus ex camōilla q3 ac saluia & cū folijs sambuci & ulmi decoctione de q calida tantū locū ablue q rubeat dehinc ex ūguento infrascpto punge quod accipit olei amigdalaꝝ dulciū ℥ · j · s · pinguedis anatis & galine aū ℥ · s · mucillagis fenugreci extracte cuz aceto ʒ · vj · cere albe parū & fiat unguentū mole quo ut dictū ē lotione fcā utere & hoc tam

mane q̃ sero stomaco uacuo fiendũ erit ¶ Trib3 die
bus hoc facto marchasitã ignitã habeas que iroret
ex aceto forti & super uaporẽ illũ mẽbꝝ lexũ tene
& dehinc eũ ex aceto calido laua & hoc dieb3 duo
b3 fc̃o ad lotionẽ p̃mã cũ unctione illa reuertẽ.
¶ Et sic alternatis uicibus uice sua lotionẽ cũ uncti
one facies. alia uõ euaporationẽ &c̃. ¶ Et hec ẽ coĩs
ueterũ cura ¶ Aliqui cũ pinguedinib3 molitiuis
tantũ locũ inungũt q̃ aliqualiter molis fiat &
emplastrũ infrasc̃ptũ postea supponũt qd̃ accipit
armoiaci bdelij galbani nitri sinapis piret̃ sulfu
ris añ · ʒ · i · litargirij · ʒ · vij · olei antiq · lb · i · s ·
tantũ litargiriũ cũ oleo decoqũt q̃ spissum fit
cũ quo postea reliqua miscent & emplastrum seu
cerotũ faciũt quo ut dictũ ẽ utũtur ¶ Molitis
nanq3 cũ emplastro p̃sc̃pto si alternis uicibus usꝰ
fueris nodosam uĩcturã aptã suscipere curã idubie
cũ dei auxilio sanitati restitues ¶ Aliqui uõ ex
anetino oleo cera & armoniaco unguentũ ad huc
usũ conficiũt & idẽ ex armõiaco cũ melle & oleo
uetusto faciũt ¶ Et Rasis & antiquoꝝ aliqui
asserũt q̃ radix kiri emplastrata petrificationem
omnẽ remou&. de ista i pedemontiũ copia repit
de ea tamẽ infra aliã faciã mentionẽ ¶ Galienus
uõ Rasis & antiquoꝝ plurimi cũ emplastro de ca
seo a uĩctura lapidem extrahebant qd̃ sic fit pe
des porcoꝝ salitos tantũ i aqua decoques q̃ totũ
ueluti mucilago fiat cũ qua postea puluĩs anti
qui casei p̃tes duas misce puluĩgati uõ nastur-

herba kiri

tii pte unā & fac emplastrū quod sup iuncturā appo
ne ¶ Eā nanqȝ rumpit & illā gipseā materiā seu la
pideā extrahit ¶ Sepius hoc inquit Rasis unguentū
expertus sū & i[n]nūabiles patientes curaui ¶ Nōnulli
antiquū caseū annorū plurium q sua sit acuitate mordi
catiuus ualde cū apozimate salitorū pedū distempat
& cū uetusta adipe salita emplastrū faciunt ¶ Tu aut
q[ua]duis istorū facito nā ista de caseo emplastra mag[is]
inter alia comendant ¶ Sed bonus Rasis in cāu
n[ost]ro nōnulla sumati enumerat que p[ro]optima sunt
i[n]quiēs oīa molenta lenitiua i petrificatione articu-
lorū conferūt ueluti axongia uetusta medule ossiū
armoniacū bdeliū oleū uetustū & sigia, ac illinito
cū auripigmento rubeo trito cū aceto & c[etera] ¶ Et itē
inunctio fcā cū litargiro tm cū oleo decocto do
nec inspissatū sit, cū quo postea de auripigmēto
aliqd incorporetur & talis inunctio multū ual&.
¶ Que dicta sūt i petrificatione iuncturarū nostris a
ueteribus plurimū comendatur ¶ Et sic talis pe
trificate materiei cura pat&. Laus deo

De notificatione sciatice q[ua]l[ite]r & ubi ei[us] demonstratiua sig[na] inicienda sit & quid de ea sit p[ro]nosticandū

Cum tā podagre q[uam] ciragre conueīentia medi
cinalia p[re]cedentibus i capitulis descripta sit, sex
rerū nō natulium regimē ad illarū p[er]ficiendā curā
scribendū fuerat ¶ Sed quia ipm est tā sciatice
podagre q[uam] ciragre comune lib& p[ri]mo quid sciati
ca ipa sit i[n]uestigare, eius tam pronostica q[uam] de
mōstratiua signa ponere, & dehinc p[er]tinētia sibi

antiquū caseum cū oleo pistant et ex eo i[m]plastrat locū // Et aly

20

medicinalia scribere · quibus absolutis his trib3
spēb3 artetice reꝝ sex nō nālin3 regimen cōueni
ens i capto uno pstringā ¶ Pro sciatice igr̄ noti
ficatione sciendū q̄ i nr̄o corpore os quoddam qd
os femoris appellat̄ existit · sup quod totū fabricat̄
corpus · ipm nanq3 i sui inferiori pte piscidē quā
dā ht · i cuius medio quedā ossis rotūda extre
mitas uoluitur ¶ Ista duo ossa quibusdā cū liga
mentis simul coniūgunt̄ & talis iūctura scia nūcu
patur a qua sciatica de qua pn̄s erit sermo no
mē accipit ¶ Est itaq3 sciatica iuncture scie do
lorosa passio a mala comploē seu mā i ea pt̄ nā
liter exn̄te causata ¶ Res eni quelib& i loco scie
malā qualitatē sufficiēs inducē seu mā ibidē pt̄
nālit̄ defluēs seu defluxa huius passionis pōt
esse causa ¶ Pro quo scito q̄ omnes ille tam ex
trinsece q̄ intrinsece cause que sup̄ capto 2º. in
quo de artetice causis agitur posite sunt efficē
hanc passionem possūt ¶ Veꝝ ea a mala cōple
xione tn̄ sine mā fit rarissime ¶ Proueīt & fre
quenter sciatica a frequentata sup re dura sessi
one & eqtandi consimiliter assiduatione ¶ Cas9
itē aut sup iuncturā illā pcusio eā debilitando
sūt plerūq3 sciatice cā ¶ Sed ea sit que uelit si
eius ad i cognitionē deueīre libeat ad captm ter
tiū sup̄ recursū habē necessum ē ¶ Ipm nāq3 de
monstratiua signa te clare docebit ad que iue
stiganda illic descriptū ordinē obseruabis ¶ S3
ultra illic descpta signa si te certū mag̃ redd̄e

cupias an materia illa calida sit an frigida ēpla -
strū ex farina siligis cū aceto distempata super
anchā appone ⁋ Nam si ea a causa calida fuit dolor
remittet, si autē a frigida magis augmentabit ⁋ Et
sic signa demonstratiua ī uestigandi modum habes,
pro quo solū supest propa pronostica signa descri -
bere ⁋ Sciendum itaq; q̄ iūctura scie ē profunda
multū, quare nisi multitudo mēi illic fuerit nullū
extrinsecus signū apparebit, quod ubi fiat ut vide -
lic& q̄ locus caleat aut frigeat seu respectu colo -
ris rubeat, aut ī colore alia mutatio fiat seu in -
flet &cª exuberantiā mēi denotabit ⁋ In pncipio
pterea sciatice dolore nullo ī genu neq; in tibia e -
xistente, paucitatē mēi significat ⁋ Sed ipis do
lentibus ipius exuberantiam arguit ⁋ Plerunq;
eni uena sciatica que p coxā & tibiā ad talū us -
q; tendit nimiū repletur, cuius cā neruus sibi p -
ximus extenditur, & tūc dolor usq; ad pedē pre -
ueit ⁋ Muschuli quoq; ex abundantia matiei
extendūtur, ac &iam nerui ppinquantes, & sic
dolor usq; ad genu qūq; peruēit ⁋ Et maiori ma -
teriei exnte multitudine usq; ad talū ⁋ Ex q -
bus pat&: qualit dolor illis membris cōicatus
mē exuberantiā denotat ⁋ Sciatica itē sinistri
lateris ē q̄ dextri molesta magis, tardiusq;
curā suscipit modo cetera sint paria ⁋ Rursus
uarices supueientes sciatice eā psepe soluūt. &
itē emoroydaꝝ fluxus ⁋ Fluxus quoq; uētris
& pcipue disentericus, pp quod antiquoꝝ plimi

sius cū acutis soluptiuis pro cura sciatice dise
teriā inducebāt ⁋ Et hoc Rasis sepius se fecis
se ait pp qđ inquit quidā laxati pluries & fc̄i di
senterici a sciatica curati sunt que nullis alijs +
medicis neqꝫ minutione sanari potuerat ⁋ Ceteꝝ
ī concauitate scie m̄ia pp amplitudinē uacuitatis
uicture & eius profundū scitum nunq̄ petrificatur.
⁋ Plerunqꝫ tamē tanta ibidē coadunatur ut ligamēta
molificet & a piscide uerteb꜄ resilire faciat pp qđ
necessario patiens tūc claudicat ⁋ Et uene quedā
que ad inferiora mēbra nutrimentū deportāt ob
liquantur quā ob causā ī eis fit opilatio quedam
q̄uis non integra quo fit ut ad ea nutrimentuꝫ
nō libere trāsire queat & sic necessario illa tabe
scunt & extenuantur ut ē eius tibia atqꝫ pes &c̄
⁋ Veteres tamē plurimi ypocratis aucte que ī secre
tis suis ī cassa eburnea adinuētis scripta reperitur
inquint qꝫ si ī coxa patientis sciaticā rubedo triū
digitorū quantitatis dolorē non efficiēs apparuerit
& ī eo pluritus uehemens fiat cū quo patiēs oleā
desideret ī alio ouū coctū desideret ī uigiti qui
qꝫ diebus morietur ⁋ Amplius sciatica pluribus
ex causis ut Auicena inquit cū difficultate cura
tur p̄mo siquidē quia m̄e pp loci submissionē illuc
facile decurrūt ⁋ Est itē iunctura illa cet̄is com
pata uacua multū pluris motus complonis debi
lis ac pp distantiā a fonte caloris satis magnā
frigida ualde ⁋ Vnde defluentes illuc m̄e non
leuiter digerūtur & sic indigeste remanentes

i membro unā malā qualitatē inducūt, cuius cā
mē illuc de nouo fluentes malignantur & dolorē
psepe molestū magis efficiūt quibus ex causis fit
eius cura difficilis. Et ideo Rasis humor inqt
melancolicus flegma grossū seu crudū & ad huc
modū de aliis si i ancha fuīt nō facile ad naturalē
dispōnem conuertitur. Auicena itē int uehemē
tiores iuncturaꝝ dolores sciaticā enumerat. Et
lic& mā eradicetur pp situ membri ueloci redit
& c. Ex quibus oībus pat& qd sit sciatica qua
lit & ubi uenari eius demonstratiua signa debeas
ac quid de ea pronosticandu sit. Laus deo.

Qualit mā sciatice sit euacuāda

Ultū inter sciatice & aliorū doloꝝ iūctura
rū curas intest. Et inter illa psertim
que extrinsecus applicant, pro quo sibi
propriā curā ponere cōueniens fuit. Fit itaq
sciatica suis humoralibz causis ispectis sepe ex sā
guis abundantia, sepius tñ a flegmate. Peccā
te ergo sanguine quod ex signis sup ttio capto
positis facile cognosces aliis consentientibus opus
ē flo. unde supfluitatibz pme digestiōis emis
sis si abundantia magna fuerit basilicam lat'is
oppositi pmo incide, sequenti uō die uenā sciati
cā lateris patientis. Prima itaq diuertit. 2a
a pprio loco sanguinē euacuat. Veꝝ ubi tāta
non fuīt sanguinis plenitudo basilicā eiusdē la
teris incidi primo facias, & dehinc sciaticaz
uenā, & ubi minor adhuc sciaticā tantūmodo.

p̄dis

Aliq̄ tamē eius ramū q̄ inter minimū & sibi proximū existit incidi iubent affirmantes q̄ sicuti ex flo^a saluatele sinistre magnus i egritudinibus spleis maius iuuamentū consequitur q̄ ex basilica ita i casu nostro ex incisione illius rami q̄ sciatice uene. Nōnulli quoq̄ i casu isto ubi dolor ūsus domesticam ptē magis declinauit fieri ex saphena flobothomiā iubebant qd tu facias si libet quia bū fcm erit. Nam ex sola flo^a hec egritudo plerumq̄ soluitur. Sed apud Rasim Serapionē atq̄ ueteres quosdā alios flobothomādi modus talis obseruabatur quia patientis uirtute constante eū p biduū ieiunare pmittebāt aut p diē saltē nālem ut uoluit Rasis & dehic flobothomiā faciebāt quia sciatice uā multū est submersa & sic pp ieiunū flobothomiā tūc melius conueīre expti sūt ut inqt. Hos bonos uiros puto (p biduū ieiunū) non uelle ifirmū p totū tempus illius bidui tā a cibo q̄ a potu penitus abstinere sed q̄ solū ualde tenui uterentur dieta q̄ si sic intellexerūt bū eis assentio alias nequaq̄. Facta autē flo^a si sāguis amplius pp colere aut flegmatis admixtionē fluidus nimiū fuerit sic q̄ tam digestiuis q̄ solutiuis opus sit copiosū de his oībus supra captm sextū te facit. Si autē flegma cuius cūq̄ spēi fuīt sit i cā captm septimū octauū nonū decimū ac undecimū eū digerē atq̄ euacuare sufficienter tē īstruēt. Nihil ei tā quo

ad digestionē mēi q̄ eius euacuationē inter cira-
grā podagram & sciaticā interest ¶ Sed Rasis
in sciatica ex oleo calido i quo fuerit decocta
coloquntida uentrē inungi faciebat & inde fi-
ebat uentris solutio & sic inqt q dolor atte-
nuabat ¶ Vomitus tn̄ a Galieno libro decē tc-
tatum magis q̄ euacuatio alia comendat q tā
i pncipio augmto statu q̄ declinatōne conuenit.
¶ Et sm oīuz doctnā ē ex rebus maxime cōueniē-
tibz cuius modū concedente bono ihu i pserua-
tiuo regimine tibi dabo ¶ Rursus acuta c'steia
i cāu isto a ueteribz sume laudant ymo ut in
pronosticis huisti cū eis disenteriā iducendo
sciaticā sepe curabant ¶ Ista tamē nō nisi i cor-
poribus bn̄ robustis fienda sunt in debilibus
autē disenteriā inducere nō ē bn̄ tutū ¶ Si igr
fortia cristeria impone uolūis fac ut linitiuum
pcedat ¶ Ceterū quanto plus ifirmus pōt illud
acutum cristere retineat ¶ Et ad a hoc adiuuat
si ex oleo rosato calido anū punges si super q ifirmū
latus patiens retinendo cristē iacuerit ¶ Ego
autē i casu isto tale cristere acutū sic facē cōsueui
qd accipit mercurialis camomille centauree mi-
noris sticados an̄ · M · i · agarici · ʒ · i · polipodij
coloquintide an̄ · ʒ · ss · fiat decoctio de qua acci-
pe · lb · i · ss · bndicte electuarij indi an̄ · ʒ · i · sal'
gēme · ʒ · iij · olei cōis ul' nucū · ʒ · iij · fiat cri-
stere ¶ Vel aliter accipe decoctionis pscpte
· lb · i · ss · i qua dissolue puluīs spēz pillaz feti-

dacty seu de hermodactilis · ʒ · iij · bñdicte · ℥ · j · o
lei cōis aut nucū · ℥ · iij · fiat cristere // Ista c̄
steria satis sūt suauia · sed i bū robusto accipe
sticados rute cētauree minoris abrotani an̄ · ɱ ·
j · radicis cucumeris asinini elebori nigri an̄ · ℥ ·
j · ʃ · exule coloquintide medule cartami an̄ · ℥ ·
j · seminis rute seis urtice an̄ · ʒ · vj · conquasse̅
tur fiat decoctio de qua accipe · lb · j · ʃ · elec
tuarij indi · ℥ · j · ʃ · olei de ruta · ℥ · iij · salis
nitri · ℥ · ʃ · fiat criste̅ Et ē ut expientia di
dici i cāu nr̄o mirabile Rasis cristeria aliq̄
poptima poit inquiēs q̄ cū eis hoīes mille sana
uit Et q̄uis yrios i consilibus cristerijs plu
rimū comend&, nichil de eo tame̅ i his que se
quūt appoit, sed eo utere si lib& Primū g̊
ex suis accipit corticū radicū caparoꝝ coloq̄n
tide centauree minoris radicū cucumeris asi
nini agarici an̄ · ʒ · v · coquantur i tribꝫ lib's
aque ad consumptione̅ tertie ptis, coletur &
adde · ℥ · ij · mellis olei nucū · ℥ · iij · sal' nitri
· ʒ · iij · fiat cristere Vel facias sic accipe ele
bori nigri exule coloquītide nasturtij centauree
minoris camedrios an̄ · ɱ · j · i tribus libris aq̄
decoquant tantū donec ps tertia consūpta sit
postea coletur cui olei antiqui uncias tres adde
& fiat cristere Aliud ite̅ faciebat, quia in
tribꝫ libris aque librā unā nitri comisceri fa
ciebat, & i copto uase p duas septimanas i sole
pmanebat & excolata aqua illa criste̅ faciebat.

Serapio .

Serapio uero & antiquorum nonnulli ex solo almuri cristere fieri iubet, quod tu in aliquo grosso rustico facere potes, in delicato & in eo qui intestina habet debilia haudquaquam. Et sic patet quatenus humor quicumque ille fuerit sciaticam efficiens digerendus atque euacuandus sit. Laus deo.

De aproximandis ab extra que sciatice dolorem mittigant quoque eum magis leniunt resoluunt

Nuper sciam nisi in totum uel in parte euacuata materia nullum unquam medicamen apponas. Nec quod in principio fluente materia ex oleo rosato unctionem fieri iubet, ut inde fiet repercusio audiendi sunt, quia ut inquit Galienus in libro de [...] tentatiuum in iunctura que est secundum sciam repercusiuis uti non debemus, quia eius in profundo sanguis compellitur qui in propinquis uasis & muschulis continetur &c. Qua ex causa in superioribus capitulis supra iuncturas alias apponi repercusiuum omnino prohibui. Et sic patet in principio frigida nunquam esse super sciam apponenda. Nec item calida in gradu eleuata, quia magis attrahunt, propter quod tamen dolor quoque causa eius augumentatur, ex quibus patet quod ubi localibus opus fuerit materia esse debet in parte uel in totum euacuata. O pleo ig de costo de lilio de spica uulpino de pipibus ut consiliti ubi uesicationem inducere non ueleris utere. Vel sepo ceruino & est quod singulare. Vel ex felle capre cum pluma locum iunge & inde [...]. Vel rutam & saluiam cum oleo communi decoque ex quibus calidis emplastrum face. Vel ex radice altee

cũ adipe anſis idẽ fiat ❡ Vel accipe ſpongiã in ui
no calido decoctionis iunipi ĩfuſam & fortiter ex
pſſam ſup anchã appone cũq3 infrigidari ĩcipit
calefcã itez reponatur quo pluries fcõ & ſudoẽ
abſterſo ex aliquo oleoz pſcriptoz ĩunctio fiat
❡ Vel ex unguento arogon ſeu marciaton ❡ Et ſi cũ
quouis iſtoz aque uitis modicũ adderetr pualẽt
& hoc tã ſero q̃ mane fiat ❡ Vel facias ſic acci
pe ſaluie folioz lauri folioz ſambuci ĩue ſtica
dos rorisinarini camõille radicũ ebuloz an̄ .m.
j. fiat decoctio de qua ſup ignitos lates̃ prohice
quos pãnis lineis ĩuolutos ĩfirmo exñte ĩ lecto ĩ
iuxta ſciã appone & ibi donec infrigidari occipiũt
dimittant dehinc abſterſo ſudore ex dictoz ali
quo fiat inũctio ❡ Loco ſpongie ſeu ſtuphe ſup lo
cũ interdum uentoſaz apponere feci & ea amota
unctionẽ ſucceſſiue ❡ Vel potes ſic facẽ Accipe
ſuccoz rute ĩue atq3 ſaluie ptes equales & pro
libito aqua uitis impõita petiaſ imerge quas do
lenti loco ſepius appone ❡ Vel emplaſtz ex men
taſtro fluuiali ❡ Et alij ex ruta cũ melle tcta
idẽ faciũt ❡ Vel ex calamento aut ex coſto uel
enula ſeu lupino ❡ Et nõnulli ex ſola radice cu
cumeris aſinini conſilr faciũt ❡ Vel accipe ſi
mi uachini ſcutellã unã floz camomille .ʒ. j. ſ.
roſaz .ʒ. ſ. & emplaſtrũ face ❡ Vel idẽ ex om
no ſtercore cũ farina ordei & aceto fiat ❡ Et
aliq ex ſtercore caprino & aceto idẽ faciũt ❡ Vel
locũ ex melle pinge & eũ cũ puluere naſturtij

salipiça ℞ Vel idem ex sordicie que i capraꝝ pi
lis tempore quo lactāt repit᷑ facies ℞ Et talis
multū conueit quia illa potius ysopi hūide naꝫ
sapit q̄ laudani & sic leniter materiā resoluē
do dolorē sedat ℞ Vel emplastrū ex nasturtio
farina ordei & aceto fcm̄ suppone hoc ei mira
biliter dolorē sedat ℞ Vel ex stercore caprarū
aut uachaꝝ cū melle emplastrū facias ℞ Alias
ex scamonea cū farina ordei & aceto locū ēpla
strari feci & contulit ualde ℞ Idem quoqꝫ facit
cerotum ex sola pini rasina confectū ℞ Vel faci
as sic Accipe saluie pulegij sauine aā · M · j · ma
sticis · ʒ · s · cumini bachaꝝ lauri aā · ʒ · j · terā
tur & melle addito fiat emplastrū ℞ Vel ex mel
le cū sale t̄cto ℞ Et alij ex recenti ruta cū uuaꝝ
passaꝝ carnositate tricta emplastꝝ facuit ℞ Ra
sis uō cū cinē caulium & adipe recenti idē facit.
℞ Et hoc itē unguentū qd̄ recipit coloquitide · ʒ ·
iij · cōquassetur & cū olei ueteris & aque aā · ʒ ·
vj · tantū donec aqua cōsūpta sit buliat dehic
totā exprime cui adde sigie · ʒ · j · eufor bij
castorij aā · ʒ · s · & fiat unguentū quo locū
iunge ℞ Que dicta sūt dolorē mitigant & ma
teriā lenit᷑ resoluūt qd̄ huius capli fuerat in
tentio · Laus deo

De antidotis q̄ sciatice maꝫ
a cētro ad circūferētiā potēr
trahunt atqꝫ dolorē sedant

Transeūduꝫ ē amodo ad antidota fortia q̄ꝝ
uirtus scit concauitate scie ad cīcūferentiā

mãz trahẽ i quibus quoq; uirtus aliqua mitigandi
dolorẽ insit ⁋ Et a lenioribus quidẽ inchoãs uteĩs
emplastro ceromo nicholai ⁋ Vel facias sic, accipe
foliorum lauri ʒ. i. piret. ʒ. ii. s. costi ʒ. iii. s. na
sturtii nitri añ ʒ. ii. fiat puluis, dehĩc accipe
lane suceide minutissime incise ʒ. iiii. hanc i o
leo de ruta imerge & secũ pscptuz puluerẽ i mor
tario diu ducas tres oui uitelos addendo & ex
isto tã sero q̃ mane sciã emplastrabis ⁋ Vel ex ra
dice enule campane cũ ueteri axongia emplastrũ
face vel ex calamento seu nepita ⁋ Vel facias sic
axongiã ueterẽ cũ ouis formicarum tere addendo de
terra ipsarum cũ modico cõis salis & fiat emplastrum
⁋ Vel cũ uiridi ruta melle & sale addito ⁋ Vel ex
stercore cicõie cũ axongia idẽ fiat ⁋ Vel accipe
bdelii storacis liquide armõiaci añ ʒ. i. dissoluã
tur cũ oleo irino aut liliacio & locũ iunge ⁋ Vel
cepe cũ olibano & croco sub cineribus decoq; deĩ
de subtilissime pistentur sic ut ad unguẽti formã
deueĩat, de quo locũ iunge ⁋ Vel cum succo cepe
locũ illinias quẽ cũ pipis nigri pulue sali & spon
giã i uino decoctiõis cimini ac calamenti ĩfusã de
sup liga ⁋ Est ei i cãu isto medicamẽ efficax ual
de ⁋ Vel sup locũ ex stercore leporis cũ uino di
stempato emplastrum fiat ⁋ Vel tale facias unguẽtuz
qd accipit briome cucumeris asinini filicis & cicla
minis añ ʒ. i. conquassentur bñ & cũ lb. s. uini
optimi & ʒ. viii. antiqui olei bñ coquant deĩde
subtilissime pistate ad orale passent sic q̃ i derelicto

oleo ista pasta cõmixta sit, quibus postea adde sto
racis liquide laudani añ ℥ .j. & si opus fuit cere
tantũ q̃ unguenti formã deueniat cũ quo anchã iunge
℞ Vel facias sic. accipe rute uiridis ℥ .iij. sqlle ℥ .ij.
& tantũ i. lb. j. uini & tantũdẽ olei ueteris deco
quant᷑ q̃ uinũ consũptuꝫ sit, deinde totũ exp̃me, & cũ
eo duas uncias cere liquefacies ⁊ cũ quibus postea i
frasẽptuꝫ pulue rẽ adde q̃ accipit nitri euforbij pipe
ris baccaꝝ lauri agarici oĩuꝫ subtilissime puluĩga
toꝝ añ ℥ .j. & cũ terbentine ℥ .ij. ſ. & galbani
℥ .j. ſ. fiat unguentũ quo ut sup̃ utẽ ℞ Vel accipe
galbani serapini armoĩaci oppoponacis añ ℥ .j. ma
sticis ℥ .ſ. uini decoctiõis cornu cerui ꝑtimũ cõ
quassati & diu buliti ℥ .iiij. succi rute succi ue
añ ℥ .iij. mellis ℥ .v. olei de costo olei de lilio
añ ℥ .iij. ſ. oĩa simul buliãt & ultiõ cere quantũ
sufficit adde & fiat unguentũ de quo locũ iunge.
℞ Ego autẽ Rasis iussu ex sulfure subtilissĩe tricto
& cũ pice mixto emplastraũ anchã feci & ꝑtimuꝫ
contulit ℞ Hec eñ que dcã sũt ad cĩcũferentiã maꝫ
trahũt, doloreq̃ mitigãt ℞ Veꝝ mẽi tanta sepius
ẽ rebelitas, ut cum ꝑsẽptis nec resolui nec ad cir
cũferentiã trahi queat, quo fit ut continue dolor
augeatur, qua ex re cauteriçantibus tũc uti ne
cesse ẽ de quibus captm seq̃ẽs adiutore deo co
ꝑosiuꝫ te faci& & ꝑ hoc p̃us finẽ recipit. Laus deo.

De antidotis sciam cauterizatib;

Cauteriçantia de quibus p̃us captm erit, ni
prius corpus euacuatũ fuerit haudquaq̃

appximabis, quia ut inqt Rasis & si dolor p ea
mitigetur derelicto grosso subtile resoluit pp qd
remanēs resoluptioi fit magis ineptū. Ut igit ad
actū pticiū te deducā, qd sepius exptus sū ex ur
ticis grecis bñ mordacibȝ tā sero q̄ mane orticari
anchā facies, & dehinc cū aqua salsa lauari. Cū
hoc ei medicamīe sanitati plures restitui. Bonus
Rasis ex allio & cepe confricari locū iussit & suc
cessiue cū aqua illa salsa lauari. Vel facias sic
accipe urticaꝝ grecaꝝ saluie aā. ℳ. i. sal' pugil
lū unū, contūdant & buliāt i urina de qua locū
illinias. Vel ex scordeon cū uiridi ruta modico
aceti & axongia ueti fiat emplastꝝ. Vel ex ra
dice cucumeris asinini cū axongia & c̄. vel ex
alio cū axongia. Vel facias sic, Accipe absin
thi radicis ebuli furfuris tritici aā. ℳ. i. ster
coris columbini. ℔. i. s. salis coīs. ℔. i. oīa
tā diu i forti aceto decoquant q acetū ipm con
sumptū sit, & ex isto calido fiat emplastrū. Vl'
cū solo uino stercus colūbinū decoque & illo u
tere. Laudatur itē cauteriū ex cantaridibus
& staphisagria fcm, quod ubi facē uelis, accipe
cantarides sm artē pparatas quot lib& cū qbȝ
paꝝ staphisagrie misce, & cū fermento ipastate
sup locū apponant & postea que inde uesice fce
fuerit apiantur, sup quas ut magȝ fortius attra
hant caules appone, cūqȝ eas consolidare lib&
ex unguento de cerusa crudo locū iunge. Vel
facias sic, Accipe granoꝝ penthadatili. ℥. ii. &

cū melle ac butiro uachino misce & locū empla
stra ℞ Vel aliter Accipe euforbii nitri añ ʒ j
olei de lilio ʒ iiij cere parū & fiat unguētū
℞ Laudatur itē ex ficubus & sinapi emplastrū
a nr̃o bono mesue desc̄ptum ℞ Vel hoc facias q
alias usus sum ℞ Accipe sinapis rubei ʒ iiij sina
pis albi ʒ iij ficuū siccaꝝ ʒ viij olei nar
dini olei costini olei de castoreo añ ʒ s garı
ofiloꝝ macis añ ʒ j medulle pa͂is calidi sicut
extrahit a furno & i aceto remoliti ʒ iiij &
cū uitellis duobus ouoꝝ fiat emplastrū ℞ Sup
oīa emplastra Rasis uir mel laudat anacardi
nū emplastratū & c̄ iquiēs Ex melioribus re
bus quas dn̄s creauit i cauterigando ē mel ana
cardinū sup pgamenū extensum quod horas du
as sup locū dimittat ℞ Et si tūc locus ampula
tus non fuit renouetur uesice fc̄e apiant &
q̄diu potes eas a consolidatione prohibe ℞ Mel
istud anacardinū sic fit Anacardos quot lib&
accipe & contriti p dies septē i aceto dimit
tant deinde igne lento ad tertie usq3 ptis
cōsumptionē bulliāt demū cū infrigidatū fu
erit que sup natat pinguedo colligat ℞ Et
hāc mel anacardinū ueteres appellāt qd ut
inqt Rasis i isto casu mirabilit opat ℞ Auē
çoar autē cū ueteri oleo tā diu nitrū decoqui
faciebat q ad unguenti formā ueīebat de quo
ancha inuncta uesicatur i breui ℞ Vel facias
sic Accipe calcē uiuā ʒ ij nitri ʒ j pi

retri · ℥ · ß · & cū oleo ueteri & adipe anatis emplastrū face ℞ Vel ex cepe cū melle pistato · ℞ Vel ex bulbo cū molicie panis & melle ℞ Vel ex enforbio cū pinguedīe anser ℞ Vel facias sic / Accipe piperis · ℥ · vj · nitri · ℥ · v · piretri condisi anā · ℥ · iiij · enforbij · ℥ · j · tapsie staphisagrie anā · ℥ · ß · olei ueteris quātū sufficit / & cera addita emplastrū fiat ℞ Ego autē antiquos sciaticos plures curaui / & inter alios unū in auinione & aliū ī taurino q annis plusq̄ dece & octo ab ipa sciatica tenebant · pmissis itaq debitis euacuationibus ī siluestri pte p palmū sub genu feci potentiale cauteriū fieri ex uiue calcis alkali & aliūs capitello fem & amota eschara foramē illud cū cicere aut pilla cū carne salsa confecta uel ex ligno busi p mēses plures a consolidatione prohibui / & dei dono cura talis me nunq̄ fefellit ℞ Rasis autē nil magis ī hoc casū conferre q̄ actuale cauteriū adinueit ut fatetur cū inqt / In quo consuetus ē dolor anche nil magis conferens adiuem q̄ sit hustio sup anchā ī loco uno fca / ī alio sup coxā / & ī alio sup tibiā ℞ Ego autē sup tibiā modo quo sup fem sciaticā oīnē antiquā curaui ℞ Plura alia possent cauteria descbi · sed qd imediate descriptū est tante ē efficatie neminē unq̄ fraudans / ut alia amplius descbere supfluū m uideret / pro quo huic capło finē ipono · Laus deo · Sex rex nonaliuz regimi

tam i podagra sciatica q̄z ciragra hora peroxisimi .a. q̄ uis cā fiat obs̄uandum

Nunc post amodo tam ciragre podagre q̄ sciatice poxisimi hora sex rerū nō nālium regimē describe. Verū & si plura ēē possint quoꝝ causa ipm forē uariandū ut complo etas regio tempus anni & similia māz soluz inspiciens regimē pūs īscribam. Nā si pticulaīa oīa huic proposito ptinentia annotare uellē ppt longitudinē narratio talis nimiū ess& tediosa. Tantūmodo ergo māz concernētia ponā cū cuiqz medico alia satis nota sit. Si igr̄ queuis artetica sanguīs initio fiat que sanguinē multiplicāt queqz ea subtiliant ac fluere faciūt oīa uitāda sūt. In his igitur aerē ad frigidum & siccū declinare facito. Somnus prolixus euitet̄ & diurnus q̄ maxime. Sup stratū duꝝ & nō mole decubat. Et ubi exercitiū face possit suo tempore ut fiat laudo. Fricationes p̄terea si exercitij loco fierent ne uersus infirmū membrū matiei attractio fiat cauendū erit ymo potius eam ad contrariū tuo posse diuerte. Lete iuuat quia dolor patientia plimuz alleuiatur. Et sic dulces audire cantilenas īstrumenta musicalia seu nona delectātia iuuat plimuz / quia aīa his intēta nō tam aspe seu acute dolor ipse sentit. Vnde Auicena pmia quarti de sedatione doloris / Occupaī igt ī eo quod gaudium efficit doloris uehementiā sedat. Sobrie uiuendū ē & procurandū vt uenter quaqz die suū officiū faciat. Et ubi nā

eū nō iuuerit infrascriptū cristere fiat quod accipit bletis malue matr̄ uiolar̄ añ . m . j . fiat decoctio de qua accipe lb . j . s . i qua dissolue cassie puluis çuchari añ . ℥ . j . olei uiolar̄ ℥ . iij . salis triti par̄ & fiat cristere qd stomaco uacuo sero ut mane ponatur. ¶ Vel eius loco u tatr̄ suppositorio aliquo coi . q si soluptiuis alys opus sit . sup i caplo sanguineā mām concernēte qualiter fiendū sit abūde compies ¶ Et sic solū supest cibi atq potus doctrinā ponere pro quo u tute constante ois caro uitanda erit & potis simū quia eius freques comestio ut Rasis iqt podagrā inducit ¶ Vinū quoq oua & uniusalit oia que sanguinē multiplicat ¶ Aceti pterea usus nisi passulatū fuit penitus dimittat quia ipm ē maxime inimicū neruis & p consequēs ptibus uicturalibz quia ille multū sūt neruose ¶ Ver̄ si debilitas uel aliud ad carnes & ad ea que stati dca sūt dandū te cogat i pauca dent quantitate & qualiter infra dicet alterent ¶ Sit ergo ille carnes edine uituline castratine le pusculor̄ capolor̄ cuniculine trudar̄ pdicū fasi anor̄ & auiū rubaliū ¶ Et iste axe cōueniūt potius q elixe que cū agresta succo berberis limonis citranguli acetosele panis cuculi uel consilis altentur ¶ Et idē fiat si elixe mādu centur ¶ Teste tamē Apuleo platoico uitande sūt puline ac qualear̄ quia ut inqt arteticā a proprietate quadā iducūt ¶ Sed ubi mandu

cent axari debent & succis cū pscriptis altari
Conueiens ferculū fit de rixo farre milio seu
panico confracto de semula amigdone ordeo seu
auena depilatis ac interdū de tri Olera omīa
uitanda sūt & pisces itē . sed ubi infirmus tunc
de eis manducare uelit sup prunas axent &
pro salsa aliquo ex pscptis succis utat Sūt
& fructus omnes quoqz uitandi pter quosdā q
i se quandā stipticitatē hn̄t ut sūt pira mespilla
& silia que interdū cōuenire possūt Nuces au
tē auellane & oīa que ad caput facile fumāt
dimittenda sūt . ver pinee a ueteribus plurimū
comendant In se ei uirtutē quandā hn̄t qua ce
reb & neruosa mēbra confortāt Sit panis
a furfure bn̄ mondus cū nullo aut paucissimo
sale pinsatus Vinū ut ē dictū penitus deuitā
cuius loco aquā ordei bibat Et si p pus ferra
ta for& nō malū ess& cū qua si lib& sirupū
rosaceū de ribes de succo acetose de limonibus
de acetositate citri ul aliquē talē pot cōmiscē
vinū granator uel de berberis seu guchar ro
saceum Et hoc regimen illis conueīt q arteti
cā sanguīs uitio patiuntur Et illis quoqz in
quibus ea fit causa colere Ver tales acuita
tē colere reprimendi grā ex fructibus uti iter
dum prunis amarilibus & huiusmoī pnt Ex
oleribus lactuca portulaca boragine endiuia
& cucurbita At ubi flegma arteticā ipsam
efficer& aliud a pscpto ē obseruandū regimē

Nā aer ad calidum & siccū ut declin& facito.
Exercitiū autē ubi fieri queat congruis horis
fiat, fricationes uero cā diuersioīs fieri possūt,
sed ne uersus membrū patiēs fiāt caue. Et qd
ē oībus uicturaꝝ dolores patientibus coē, ut le
te uiuat procur&, sobrie manduc&, & quacꝫ p
curandū ē die ut p̄me digestioīs supfluitates e
mittant. Et ubi nā pigra for& tale cristere
fiat qd recipit malue bletis mercurialis camo
mille folioꝝ boraginis sumitatū folioꝝ cauliū ru
beoꝝ an̄. M. j. fiat decoctio de qua accipe. lb.
j. ſ. ī qua dissolue cassie puluis ȥuchari an̄. ℥.
j. mellis rosati. ℥. ij. ſ. yere pigre. ℥. ſ. olei
oliuaꝝ. ℥. iij. salis triti paꝝ & fiat cristē. Vel
huius loco aliquo suppositoīo coi utere. Naꝫ si
mēi digonem quereres & eius quocꝫ eductionem
captlm septimū octauū nonū decimū & undecimū
modū tibi pb&. Et sic ad cibi & potus regimē
ueiendo sit pāis eius aliquātr furfureus cū aliq̄
tulo sale pinsatus. Largior ꝑterea usus cāni
um q̄ ī ꝓcedenti tibi esse pot. Et sic ꝑsēpte car
nes conueniunt, sed cū succis tactis alterande nō
sūt ymo potius cū canella cardamomo ȥinge
bre pipe & cū consilibus manducentur & ma
xie si saporibꝫ uti lib&, quia ī cāu isto talia aro
mata ī ipis saporibus condiendis plimū conue
niūt, siue he carnes axe fuerit siue elixe. Pot
& de his spebus suis quocꝫ cū ferculis mādūcare
que fercula ex riso farre et ex illis que sup̄ tacta

sūt fieri queūt ¶ Pisces oīo uit& & fruct⁹ atq₃ uinū cuius loco mellis aquā bibat. cū qua ali quot pipis conquassata g̃na & cinamomi parū cū modico macis oībȝ ī petia rara ligatis buli ant ¶ Q si uinū bibẽ uoluĩt sit nigrū int̃ po tens & debile mediū purū potius q̃ limphatū nīo de eo quantitatẽ modicā sumat ¶ Et si cere bri ꝑ debilitatem aut ꝑ quoduis aliud lim phare uinū libeat cū aqua ferrata limphet̃ Et si cū aqua mellis id quoq₃ fier& pcẽm morta le nō comitteres ¶ In aqua ꝑterea illa aut in vino quod tuus patiēs bibiturus ē si candēs aur̃ uicibȝ aliquot extigueretur nichil sup̃ ¶ Et in hoc sex rer̃ nō ñalium reginē tā podagre sciati ce q̃ ciragre nīa a quauis proueniāt ꝓxisimi hora conueñiens t̃minat̃ quod ip̃ar̃ curatio re giminis finē iposit. Laus deo Regim̄ ab artetica ꝑ̄suatiuū incipit feliciter et ꝓ sex rer̃ nōñalium

E St adeo dñā artetica familiaris nature ut quē semel depn̄derit talē secū aicitiā contrahat q̃ bis ī anno si nō plūies nisi ab grandi cā teneatur eū ad minus libenter uisi tet uere. s. & autumno. q̃ depn̄sos plimuȝ grauat imo tali sine amicitia leuiter p̃t̃nsiret. Qualiter igitur ea hora qua ipōs detin& reci pienda atq₃ tractanda sit satis sup̃ te docui ¶ At cū ea tā inite ab oībus recipiatur ē ꝓuisio talis pro posse fienda qua uel nunq̃ ei reueñien

di potestas detur, uel saltē rarius solito ueniat.
Et si tantū uenerit eam pellendi ī breui nobis
doctrina detur, & ꝑ hoc regimē ꝓseruatiuū ag-
gredior quod modis tribus assequi possumus ꝑ
ut mẽi que artetica efficit gn̄atio prohibeatur.
2º si que gn̄et res promptas ad eā educēdum
habeamus 3º ut membra tā mandantia q̃ su-
scipientia talr confortētur q mittēs nō mittat
& q suscipiēs ad eā suscipiendā īdisponat Pri-
mū namq ꝑ conueniens sex rerū nālium regimē
assequemur, qd bonus Rasis sūmatim tetigit
cū inquit Laborans artetica euitare uinū deb&
cibū diminuere & pro pte maiori sui tēporis
sero uti fame, nauseatiuas caue saciettates, ac
uenereos actus, nutrimentis uō utat tenuibꝫ
uomitu ī mense pluries, die quaqꝫ motu & ubi
fieri nō possit fricatiōibus Supabūdantē de
ambulationē deuit&. his ig sic pactis passio nō
reuertet &c Sed de his pticularius disserē-
dum ē, unde ueluti ī ꝓcedenti caplo dcm fuerat
tā complo etas tempus aīm regio sexus & silia
q̃ materia ipa hoc regimē uariare pot. uerꝫ si
dictoꝝ unicuiqꝫ ꝓpium describē uellē, tractatus
iste nimiū prolixus fier& & sic legentes te-
dio nimis afficer& Quas ob res extrema re-
spicientia caliditatē. s. & frigiditatem solū in-
scribā ꝑ que qs sci& ad alia pticularia intme-
dia facile deueire Ad intellectū ig datū in
dispōne calida aer calidus uitandus erit & it

alia meridionalis & uentosus pcipue, talis eni
neruis debilibus ptimu obest ℞ Et ite quelib&
aeris mutatio. Et p ide frigidus quoqz ualde e
uitandus e ℞ Ex quibus pat& pro posse tepa
tu eligendu fore ℞ Somnus aute & si diurnus
sit euitandus pcem tn fiat potius i eo q i uigi
lia ℞ Exercitiu tempatu qd debitis horis fit
conueit ptimu ℞ Et ideo Rasis i podagra iqt
no e res utilior motu, sed ad eu gradatim po
paties assuescat, quia onus & si uehemes fuit
paulatim ad notu sustinet, Et concludit q
ex hoc dolor oio tolletur ℞ Ver cu laxare ici
pit e illico quiescendu ℞ Na quoties excitam
cu laxatio incipit liquefit caro & supfluitates
i articulis & i musculis congregant &c ut ide
Rasis inqt ℞ Ceteru i podagra atqz sciatica
no multu equestre exercitiu frequentet cum
sit humor ad inferiora ca defluxus ℞ Sed ubi
qs exercitiu face neqat ante cibu faciat frica
tiones fieri ℞ Furor pterea atqz ira sit oio
uitanda, & alia ite supflua aie accidentia.
℞ Raro e utendum coitu, na ut capto de causis
supdictu e una ex potissimis artetice causis e
ipe coitus supfluus .s. & potissimu sup cibuz.
unde arteticos quosda uxoratos uidi q propte
maiore temporis i lecto gutta depsi pmane
bat & mortua uxore rarissime ea icurebat,
capti uo facile a pxisimo leuabantur ℞ Mo
derate igitur eo assuetus utat quo licetius

sanguinei q̄ȝ colerici seu flegmatici uti multo possūt ¶ Sobrie ac tempate uiuēduȝ ē . nā ī cibo & potu dissoluti ab hac passione difficillime p̄seruari queūt ¶ Procurandū rursus ē ut uenter suū quaqȝ die officiū faciat ¶ Sed ubi nā pigra foret cristere aut cōi suppositorio utat bonū est ¶ Cibi autē & potus captlm p̄cedens doctrinā satis large ponit ¶ Sed ut ipoꝝ habitus melior fiat eoꝝ aliqua rememorare libet Inter cetera igr̄ carnū comestio frequēs euitet & potissimū pullinaꝝ atqȝ qualeaꝝ cū he vt dcm̄ ē Apuleo platonico teste artetica a proprietate quadam gignūt ¶ Sed contra ericij caro a p̄prietate arteticis conueit ut inquit Aliebas ¶ Aquatice aues uitent omnes ac columbaꝝ pulli & iterū carnes omnes salse . ¶ Preseruandus iteꝝ legumina oīo uitet ¶ Nā Elenes ut Galienus inqt cū propter indigētiā legumina manducasset artetici fci sūt oēs. ¶ Non ēst de pasta manducandū ferculū nec caseatū quoqȝ ut offe artocree & sitia ¶ Rasis tamē recentē caseū ī cibo comendabat credo q̄ humores ingrossando ad mēbra defluxum ipoꝝ prohibet . Tu autē eo utere si libet . butiꝝ tamē recens huic passioni ut Aliebas īqt a proprietate conueit ¶ Fructus iteꝝ nisi id colerā rep̄mendi grā fiat sūt uitādi . ī quo casu pruna & amarilia possūt interdū cōuenire , & interdū quoqȝ pira ut inqt Rasis

& hoc conceditur quia stipticitate sua humorum ad
iuncturas fluxum prohibet, qua ex causa ceteri quoque
fructus stiptici interdum convenire possunt ut alias
dictum est sicuti sunt citonia mespilla &c. ¶ Ex piscibus
conveniunt lucij pergie temali striligiones angones
truitale atque carpiones, de marinis taceo cum non
bene michi noti sint. ceteri uitandi sunt omnes.
¶ Et debent manducandi pisces in aqua ut super pru
nas decoqui, cum quibus si sapore uti libet precedens
capitulum quere ¶ Ex oleribus conveniunt borago
endivia portulaca lactuca & cucurbita ¶ Nam re
gimen corporis colerici ut Rasis inquit cum
humectatione fieri debet ¶ Conveniunt quoque & il
la que in precedenti capitulo in dispositione calida fercula
laudantur ¶ Verum ut inquit Rasis caules appri
me arteticis conveniunt, ac omnia que ebrie
tatem prohibent, quia illa ut inquit sanguinem &
humores ingrossando eorum ad iuncturas defluxum
prohibent ¶ Et in hoc casu quoque pentafilon plurimum comme
datur ¶ Vinum omnibus ab auctoribus prohibetur.
¶ Sed certe durum est assuetos eum ex toto relinquere
cum quo sepius debilitatur stomacus in tantum plerum
que ut arteticam evitare nolens in deteriores egritu
dines cadat, quamobrem nemini unquam nisi in paroxismo
existenti ex toto vinum prohibui ¶ Sit igitur inter
subtile & grossum tenens medium cum aqua pluviali
ferrata seu cisterne limphatum & de tali tempera
te bibat, nam in hoc casu ut Rasis nono ad almanso
rem inquit stiptica conveniunt ¶ Sed quia a me

bris facile vinū trahitur sūmopere cauendū est ne ipm i ieiuno bibatur & q tertiā ptē aut me dietatē sui cibi ante q̄ bibat assumat · ne a stoma co ad membra alia ita leuiter transire q̄at ¶ Int duos p̄terea pastus & maxime cibo adhuc nōdū digesto vinū nunq̄ bibat ipm ei cibū i digestū ad mēbra tūc penetrare facit ¶ Noster bonus & Rasis i hoc lac i potu multū comendat ¶ Pre sens regimen ig m̄a existente calida compło ne regione & aliis quoq3 calidis obseruandū erit ¶ Sed ubi m̄a frigida fuerit aerem ad calidum declinare facito ac totū uniūsalit regimē aliud ¶ Et ut huic capło stati finez imponā om̄ia que i p̄cedenti materia exn̄te frigida desc̄pta sunt huic loco sūt ponenda. Ad illud igitur si opus ē te remitto ¶ Verū ubi multitudo m̄ei nō adfuerit diureticis i terdū uti putile ualde erit quia ut i cura ar tetice frigide Rasis & Auicena inqūt duz sanus est uti que urinā prouocāt prodesse plumuz consueuit ¶ Et p hoc modus prim⁹ p̄seruationis habetur quo materiei generatō arteticā efficientis prohibet &c̄ ¶ Ne igit prolixitate nimia tedio legentes afficiā cum que huic capło necessaria sūt tā i p̄nti q̄ in p̄cedenti descripta sit huic finē impono · Laus deo . Qualiter tam flo q̄3 uniuersales purga tiones in p̄suatione ab artetica fieri debeāt & que sint soluptiua in usū cotidiano sumenda

Frugalitas super omnia ab artetica ho
minem preseruat. Sed connata nobis est
libertas quedam que si totum aut in parte
tollatur in prohibitum naturali quadam ui ferimur. quo
